



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

108. An dispensatio sit subreptitia, quando erratur nomine Diœcesis? Et quid, si erratur nomine personæ? Ex part. 8. tract. 3. resol. 64.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](#)

De Dispensationib. Ref. CVII. &c. 241

RESOL. CVII.

An dispensatio sit subreptitia, quando erratur nomine persona? Ex part.8. tr.3. Resol.63.

cem, qui debitorem compellas solueres. Rationem huius assignat Baldus: quia si Princeps nosset, contractum cum eo intum esse, qui alias non subest iurisdictioni Perusina, non commisilat illi iudici causam: quoniam ubi quicquam sortitur forum Ordinarii, sortitur etiam forum delegati, ut docent Innoc. in cap. dilectio. n.3. ver. sed dic. de foro competet. Ergo &c.

4. Sed ego, ubi supra, negatiæ sententiæ adhæsi, quani me citato, tenet nouissimè Amicus tom. 6. s. 8. scilicet 8. num. 145. quia quando à Pontifice, petitur dispensatio, ipsius intentio fertur ad Diocesanum ipsius dispensandi proprium. Quare sicut error in persona dispensandi non tollit intentionem sufficientem ad valorem dispensationis eo, quod dispensantis intentio fertur in materia caularum, quæ proponuntur, cuiuscunque tandem personæ illæ sint: ita nec error in Dioceschi tollit intentionem sufficientem ad valorem dispensationis, eo quod Pontificis intentio fertur ad Diocesanum ipsius dispensandi proprium, quicunque tandem ille sit, qui Pontificis dispensationem cum ipso dispensando executurus sit. Confirmatur: nam supponitur, quod si expressum fuerit nomen propria Diocesis, adhuc gratia dispensationis concessa fuisset per proprium Diocesanum exequenda: sed quando expressio falsa est talis, qua sublata, adhuc maneret voluntas dispensantis, non viriat dispensationem, ut ex dictis constat: ergo.

5. Nec obstat dicere cum Sanchez, quia in cap. significante, de scriptis, declaratur irritum rescriptum, in quo erratum fuit in nomine Diocesis Rhemensis, pro Leodiensi: tunc quia error in Diocesi reddit inuoluntariam Pontificis concessionem respectu proprii Diocesani. Nam respondetur in d. cap. de scriptis, irritum declarari rescriptum, non quia erratum fuit in nomine Diocesis, sed quia ex aliis circumsstantiis non potuit sciri persona, pro qua rescriptum imperatum fuit. Ad rationem, negandum, errorem in Dioceschi inuoluntariam reddere dispensationem Pontificis: nam licet illa non sit voluntaria formaliter, & expresse, est tamen voluntaria virtualiter, & implicitè cum per eam intendat facultatem dispensandi delegare proprio Diocesano ipsius dispensanti.

6. Et ita hanc sententiam præter Amicum, & alios Doctores à me citatos, tenet nouissimè Magister Texeda in Theol. moral. tom. 2. lib. 4. trahit. 3. numer. 51. Quia ait ipse, error ille se tenet ex parte voluntatis materialis Pontificis, qui non nocet, nec auferit valorem dispensationis. Secundò, quia tunc dispensatio est valida, quando adest iusta causa, vt concedatur; sed in praesenti adiestiusta causa, vt concedatur; ergo, &c. Tertio, quia voluntas formalis Pontificis, & dispensatio concessa terminatur ad illos, qui impedimento ligati contrahere prætendunt, ergo quod per errorum committat dispensationem Vicario alterius Episcopi, cuius dispensati non sunt subditi, per accidentem se habet respectu intentionis Pontificis, qui si reuera sciret Vicarium proprium dispensaturum, eodem modo committeret ei dispensationem; ea enim quæ per accidentem contingunt, nec vitiant actum de se validum nec cadunt sub consideratione dispensantis. Unde nostram sententiam satis probabilem, & tutam in praxi existimo.

7. Sed post hæc scripta inueni. P. Perez de matrimonio disputat. 46. scilicet 8. num. 18. & 19. sententiam Sanch. docete, sic enim assertit. Si erretur in Diocesi, cuius est cui impetratur dispensatio, vt si dicatur cum esse Diocesis Cæsarauista, cùm tamen sit Valentina, certum videri non posse Officiale Cæ-

RESOL. CVIII.

An dispensatio sit subreptitia, quando errat in nomine Diocesis?

Et quid, si erratur nomine persona? Ex part.8. tr.3. Resol.64.

1. Hanc questionem ego posui in loco superdicto citato; & pro affirmativa sententia adduxi Villalobos, Montram & Sanchez, quibus nunc addo Merollam tom. 2. disp. 4. cap. 6. n. 377. quia in hoc casu non est error tantum in nomine proprio, quales esset, si diceretur, appellari Vicarium vera Diocesis, Petrum, cùm appellaretur Iohannes, sed etiam est, asserendo postulantem esse Diocesis Neapolitanæ, ac proinde, virtute, petita est commissio Vicario Neapolitano. At Pontifex noluit illi committere, cùm omisso fuerit inuoluntaria, ut pro exercitu orta. Et quamvis, si petita esset vero Ordinario Capuanus illi committeretur, tamen illi nec petita est, nec committitur.

2. Confirmatur, quia error, quantumvis culpa vacans non efficit, vt rescriptum extendatur ad casum: qui sub verbis eius non comprehenditur, quamvis, si es petita esset, rescriptum similiter consequitur. ut benè docent Innocentius in cap. super litteris, num. 3. ver. Et nota a de scriptis. & ibi Iohannes Andre. n. 5. Panormitan. n. 3. in fine, Deci. in noua editione, n. 13. ubi alios referunt. Et ponunt hic exemplum. Si impetrans narravit in rescripto, Titum sibi obligatum ex mutuo, petens, vt cogatur satisfacere, & errauit in causa debiti, vt pote, quod ex alio contra dictu confurgit, non poterit eo rescripto innaturi.

3. Confirmatur secundo ex doctrina Baldi in l. precriptione, num. 15. C. si contra ius, ubi rescriptum subreptitum vocat, si quis in ciuitate Perusina, se munimos mutuo dedisse cuidam, narrat, & impetrat rescriptum, destinans in ea ciuitate iudicari.

Tom. III.

Saragustanum eam dispensationem exequi. Pater, qui deficit intentio Pontificis committentis, qua iuxta praescriptum in Tridentino *sef. 22. cap. 2. de reformat.* est committere legitimo Ordinario impenetrantis, qui est officialis Valentinus.

8. Dico vltimū, nec posse officialem Valentinum, qui est legitimus Ordinarius, illam exequi dispensationem. Ratio est, quia in hoc euēnu non est error in nomine, qualis esset, si diceretur appellari officialem vera Diœcesis Petrum, cum appellaretur Paulus; sed erratum est, afferendo postulantem esse Diœcesis Cæsaragustana, & virtute perita est communissim⁹ officialis Cæsaragustano, at illi noluit Pontifex committere, cum concessio fuit in involuntaria, ut pote ex errore orta. Et quamvis si petita esset vero Ordinario Valentino, illi committeretur, et illi nec perita est, nec commissa. Vnde error quantumvis culpa careat, non efficit, ut rescriptum extendatur ad calum qui sub verbis eius non continetur, tamen si is petitus esset, litteræ similiter concederentur. Sicut, si quis narrasset in rescripto Petrum sibi obligatum ex iunctu, perens ut cogatur satisfacere, & errari in causa debiti, ut pote quod ex alio contractu consurgit, non posset eo rescripto iuuari. Hucusque Perez.

Sup. hoc in Ref. præterita, & in aliis §§. eius pri-mæ not.

9. Sed, ut dixi, nostra sententia est probabilis: unde præter Doctores citatos, non deseram hic apponere verba Portel in *respon. moral. tom. 2. cas. 49. n. 2.* vbi sic ait. Valida est dispensatio quando erratur in nomine personæ, quia error in nomine personæ non mutat intentionem dispensantis. Bonacina *citat. loco, n. 6.* citans multos, vbi ponit hunc casum. Si petens dispensationem dicat esse se Diœcesis Eborensis, cum tamen sit Diœcesis Olyssiponensis, & Papa remittat dispensationem faciebat ab Ordinario nominato in narrativa, cum non sit verus ordinarius impenetrantis: poterit in tali caſu emere cum illo suis Ordinarius Olyssiponensis. Nam Papa ibi intendit dare facultatem dispensandi Episcopo ipsius impenetrantis. Ita ibi Bonacina cum Salas contra Sanchez dicentem in tali caſu neutrū Episcopum posse dispensare. Sic ego vidi in caſu similī. Misit Petrus, v.g. famulū, vel amicū, qui sibi afferret quendam Bullam Cruciate soluit Officiali Cruciate elemosynam conseruatam; sed famulus, vel officialis Cruciate errauit in nominis, & loco Petri dixit Franciscum. Respondi Bullam valere Petro, non obstante errore nominis: quia intentio Papæ, vel Commissarii Cruciate fuit dare Bullam illi: qui soluit elemosynam. Aliud exemplum ponit Bonacina *codem nra. 6.* dicens, quod si scriptor Bullæ Romanae dixit Papam per illam dispense in tertio gradu affinitatis, cum impetrans petierit dispensationem pro tertio gradu consanguinitatis, ait Bonac. Commissarii, cui commititur dispensatio, posse dispensare à voluntate Principis mandantis: & in hoc caſu constat de voluntate Papæ, quod velut dispensare cum isto in impedimento quod petuit. Ita Portel. Et tandem nostram sententiam contra Perez tenet nouissim⁹ Escobar in *Theolog. moral. lib. 1. exam. 16.* *6. 4. n. 124.*

RESOL. CIX.

An sit valida dispensatio, quando erratur nomine Diœcesis, ut si Petrus sit Diœcesis Panormitana, dicatur esse Diœcesis Messanensis?

Et quid, si erratur nomine persona?

Et notatur, quod rescriptum non vitatur, ut à commissario mandari non possit, si error aliquis in curia scriptoria irreperitur, ut si pro tertio gradu affinitatis

sit positus sit tertius gradus consanguinitatis, &c.
Ex part. 1. tr. 10. Ref. 36.

S. 1. *N*egatiuē respondet Sanchez de matr. *tom. 3.* *Sup. com-mut. vlt. vol. c. 12. concil. 9. n. 206.* & Villalobos in *sum-tom. 1. tr. 2. dub. 43. n. 11.* vbi sic ait: *Quando se hierre en el nombre, y no en la persona, no es la dispensación pro parte subretencia, mas no es lo mismo quando la dispensación viene errada en el Obispado, come si se cometiera al Provisor de Zamora, y el que ha de ser dispensado, es del Obispado de Salamanca: porque como no se cometiera al de Salamanca, no puede dispensar, y ainsi esto no es error en nombre, sino en la persona. assi lo tiene Innocentio, y Abad:] Ita ille.*

2. Sed ego non solum puto esse validam dispensationem: quando erratur in nomine persona: vt quando nomen Petri exprimitur nomine Pauli, vt docet Pontius de mar. *lib. 8. c. 15. §. vlt. n. 43.* Moneta ubi *aprà. n. 205.* Layman. in *Theol. mor. lib. 1. tr. 4. c. 2. n. 26.* sed etiam, quando erratur in Diœcensi Panormitanam; cum tamen sit Messanensis: quia constat, intentionem Papæ esse, ut solus proprius petetur Ordinarius cum illo dispenset: & si Ordinarius potell dispensare, quando erratur in nomine petenti; sic etiam poterit, quando erratur in nomine ipsius Episcopi. Et ita aduersus Sanch. docni *Salas de legib. dispu. 20. sect. 16. n. 123.* Sanctatellus *var. ref. p. 1. q. 6. 3.* per 10th. Et hæc opinio bis, me consiliente, posita est in praxi.

3. Nota etiam secundum Laym. in *Theol. mor. lib. 1. tr. 4. c. 2. n. 26.* quod rescriptum non ita vitatur, ut à Commissario executione mandari non possit, si ertor aliquis in curia scriptoris irreperitur, ut si v.g. Papa commissari Officiali: quod si preces veritate niti cognoverit, cum Titio, & Caia, apostolica auctoritate dispenseret: sed erratum fuit in Bulla pontificia; nam pro tertio gradu affinitatis, positus fuit tertius gradus consanguinitatis.

RESOL. CX.

An error commisſus circa personam, cui committitur rescriptum expediendum, vitiet illud? Ex part. 7. tr. 10. & Mifc. 1. Ref. 34.

S. 1. *A*ffirmatiuē respondet Casstrus Palauus *tom. 1. tr. 3. dispu. 6. punt. 16. §. 2. n. 6.* cui addi *Ref. 10.* Pet. à S. Joseph, in *idea Theol. mor. lib. 1. c. 11. resol. 5.* vbi sic ait: *Notandum 3 non valere dispensationem, quando erratur in persona, quia designatur ad expedendum Rescriptum. Sit exemplum: cum peris dispensationem ad incedendum matrimonium, singis te esse Diœcesis Parisiensis, cum tamē sis Rothomagensis. Vnde fit, ut executio Rescripti, quo tibi dispensatio illa conceditur; Officiali Parisiensi committatur. In eo caſu dico dispensationem esse inutilē, cum neque Officialis Paris. eam exequi, eo quod intentio Pontificis est, tale executionem tuo Ordinario committere; nec etiam Rothomagensis, quia ad eum non dirigitur. Ita ille. Probatur hæc opinio, quia in significante, derescrip. declarat irrum rescriptum, in quo erratum fuit in nomine Diœcesis Rhenensis, in quo Leodiensis, tum quia error in Diœcensi reddit in involuntariam Pontificis concessionem respectu proprii Diœcesanū.*

2. Sed ego non discedo à sententia negativa, quam docui olim, & quam me cit. tenet. P. Amicus, *tom. 5. de iust. dispu. 6. sect. 8. n. 14.* quia quando à Pontifice petitur dispensatio, ipsius intentio fetur ad Diœcenum proprium ipsius cui dispensandum est. Quare sicut error in persona dispensandi non colligit intentionem